

(94)
Articulus XIII.

Episcopus, praeter caeteras Canonicas pœnas, poterit in Ecclesiasticos culpabiles animadvertere, eos etiam claudendo in Seminariis & in domibus Regularium.

Articulus XIV.

Nemo ex Parochis adigi poterit ad administrandum Sacramentum Matrimonii cuiuspiam qui obstrictus sit aliquo ex Canonib[us] impedimenti.

Articulus XV.

Nulla suppressio Fundationum Ecclesiasticarum quarumcumque absque Apostolicae Sedis Auctoritatis interventus fiet.

Articulus XVI.

Attentis estraordinariis praeteritorum temporum vicibus, & effectibus, qui eas sunt consequuti & potissimum attenta utilitate, quae ex hac conventione manat in ea quae ad res Religionis pertinent, atque ut etiam publicae tranquillitati consulatur, declarat Sanctitas Sua, eos qui bona Ecclesia[rum] alienata acquisiverunt molestiam nullam habitueros, neque a Se, neque a Romanis Ponti-